



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum ab appetitu sensitivo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



Forma actus. vnde author cum posuisset, q̄ determinatio actus ad hoc vel illud, se tenet ex parte obiecti, naturam obiecti non vt ta-

tas autem est mouens motum. **R**ESPON. Dicendum, q̄ in tantū aliquid indiget moueri ab aliquo, in quantum est in potentia ad plura. Oportet. n. vt id quod est in potentia, reducat in actū per aliquid, quod est actū, & hoc est mouere. Dupliciter autem aliqua vis animæ inuenit esse in potentia ad diuersa. Vno modo, q̄ tum ad agere, vel non agere. Alio modo, quantum ad agere hoc, vel illud: sicut visus quandoque videt actū, & quādoq; non videt: & quandoq; videt album, & quāque videt nigrum. Indiget igitur mouente quantū ad duo. s. quantum ad exercitiū, vel vsum actus: & quātum ad determinationem actus, quorū primum est ex parte subiecti, quod quādoque intenuitur agens, quandoq; non agēs. Aliud autem est ex parte obiecti, secundū quod specificatur actus: motio autem ipsius subiecti est ex agente aliquo. Et cū omne agēs agat propter finē, vt \* supra ostēsum est, principium huius motionis est ex fine. Et inde est q̄ ars, ad quā pertinet finis, mouet suo imperio artem, ad quam pertinet id quod est ad finem: sicut gubernatoria ars imperat nauifaciū, vt in 2. \* Phy. dī. Bonum autem in communi, quod habet rationem finis, est obiectum voluntatis: & ideo ex hac parte volūtas mouet alias potentias ad suos actus. Vt inur enim alijs potentijs cum volumus: nam fines & perfectio- nes omnium aliarum potentiarū cōprehenduntur sub obiecto volūtatē, sicut quādam particula- ria bona. Semper autē ars, vel potentia, ad quam pertinet finis vniuersalis, mouet ad agendum ar- tē, vel potentiam, ad quam pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus: sicut dux exercitus, qui intendit bonum cōmune. s. ordinē totius exercitus, mouet suo imperio aliquē ex tribunis, qui intēdit ordinem vnus aciei. Sed obiectum mouet deter- minando actum ad modum prin-

cipij formalis, a quo in rebus naturalibus actio specificatur, sicut calefactio a calore. Primum autē principium formale, est ens & ve- rum vniuersale, quod est obiectū intellectus: & iō isto mō motionis intellectus mouet volūtatē, sicut presentās ei obiectū suū.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, q̄ ex illa autoritate nō habetur, quod intellectus nō moueat: sed quod non moueat ex necessitate. **A**D SECUNDUM dicendum, q̄ sicut imaginatio formæ sine as- simatione cōuenientis vel nocui, non mouet appetitum sensitiuū, ita nec apprehensio veri sine ratione boni & appetibilis. vnde intel- lectus speculatiuus nō mouet, sed intellectus practicus, vt dicitur in 3. \* de anima.

**A**D TERTIUM dicendum, q̄ voluntas mouet intellectū q̄ tum ad exercitiū actus: quia & ipsum verum, quod est perfectio intellectus, continetur sub vni bo- no, vt quoddam bonum particu- lare. Sed quantum ad determina- tionem actus, q̄ est ex parte obiecti, intellectus mouet volūtatē: quia & ipsum bonum apprehen- ditur secundum quādam specia- lem rationem cemprehensam sub vniuersali ratione veri. & sic patet quod nō est idem mouens & motum, secundum idem.

**A**D SECUNDUM sic proce- ditur. Videtur q̄ voluntas ab appetitu sensitiuo moueri nō possit. Mouens. n. & agens est pra- stātius patiente, vt ¶ Aug. dicit 12. super Gen. ad literam: sed appeti- tus sensitiuus est inferior volun- tate, q̄ est appetitus intellectiuus, sicut sēsus est inferior intellectu. ergo appetitus sensitiuus nō mouet intellectum.

**R**ESPON. Nulla virtus particu- laris potest facere effectum vitem: **S**uper Questionis nonae Articulum secundum. **C**irca corpus secundi articuli eiusdem questionis, dubium oc- currit pro Nouitjs: quia ratio, quare appetitus sensitiuus mouet volūtatē, assignatur ex parte dispositionis subiecti appetentis: Et tamen in calce concluditur, quod appetitus sensitiuus mouet volūtatē ex parte obiecti: quomodo hęc conclusio se- quitur ex illis p̄missis. **A**d hoc dicitur, q̄ conclusio dicta ex p̄missis illis habetur, si sanē litera itelligatur. Dupliciter. n. intelligi pot̄, q̄ dispositio ap- petitus

cer, quod quemadmodum primum principium finale est ratio re- liquorum finium: ita primum principium formale, quod est obiectum intellectus, est ratio, in suo tamen ordine, i. in genere causae formalis, reliquorū obiectorum. Omnia. n. obiecta ut sic, sub ente & uero, ut particularia quaedam, continentur: sed ex parte potentia- rum anime loquedo, est quodammodo par, & quodammodo nō par utrobique ratio. Quō ad primitatem enim par est rō: quā quemadmodum (ut dictum est) quia volūtas est primum fi- nale principium, ipsa inter partes anime est primum mouens ad exercitiū: ita, quia intellectus est primum formale principium, ipse inter partes anime est primum mouens ad specificationem. formalis. n. prin- cipij opus hoc est. Quō ad extensionem autem, non est par ratio: quia volūtatē mo- tio extendit se ad omnes anime vires sub- ditās &c. Motio autē intellectus non extēdit se directē nisi ad volūtatē: & ratio quādam huius, est modus causandi di- uerfus. Motio. n. volū- tatis quia est per mo- dum imperij extēdit- ua, ex sua ratione est. Motio autem intel- lectus, quia est per mo- dum presentantis, ad id tantum directē se extendit, cui praesen- ta. Vnde author in li- tera, post quā posuit unde inferebatur, q̄ intellectus est primum mouens, quia scilicet eius est primum prin- cipij formale, statim subdidit: unde habe- retur, quod motio eius ad volūtatē ex- tenditur, ponens mo- dum quo intellectus motionem hęc facit, scilicet. per presenta- tionem obiecti: & dixit: Et isto modo mo- tionis intellectus mouet volūtatē, sicut praesentans ei obiectum suum. Hęc enim uerba non solum explanatiua sunt ue- ritatis in se, sed con- nexiua & deductiua inuenti, ut explanauimus, & per hęc patet: clare respōdo ad obiecta.

**A**D SECUNDUM dicendum, q̄ voluntas mouet intellectū q̄ tum ad exercitiū actus: quia & ipsum verum, quod est perfectio intellectus, continetur sub vni bo- no, vt quoddam bonum particu- lare. Sed quantum ad determina- tionem actus, q̄ est ex parte obiecti, intellectus mouet volūtatē: quia & ipsum bonum apprehen- ditur secundum quādam specia- lem rationem cemprehensam sub vniuersali ratione veri. & sic patet quod nō est idem mouens & motum, secundum idem.

**A**D SECUNDUM sic proce- ditur. Videtur q̄ voluntas ab appetitu sensitiuo moueri nō possit. Mouens. n. & agens est pra- stātius patiente, vt ¶ Aug. dicit 12. super Gen. ad literam: sed appeti- tus sensitiuus est inferior volun- tate, q̄ est appetitus intellectiuus, sicut sēsus est inferior intellectu. ergo appetitus sensitiuus nō mouet intellectum.

**R**ESPON. Nulla virtus particu- laris potest facere effectum vitem: **S**uper Questionis nonae Articulum secundum. **C**irca corpus secundi articuli eiusdem questionis, dubium oc- currit pro Nouitjs: quia ratio, quare appetitus sensitiuus mouet volūtatē, assignatur ex parte dispositionis subiecti appetentis: Et tamen in calce concluditur, quod appetitus sensitiuus mouet volūtatē ex parte obiecti: quomodo hęc conclusio se- quitur ex illis p̄missis. **A**d hoc dicitur, q̄ conclusio dicta ex p̄missis illis habetur, si sanē litera itelligatur. Dupliciter. n. intelligi pot̄, q̄ dispositio ap- petitus

**A**D SECUNDUM dicendum, q̄ voluntas mouet intellectū q̄ tum ad exercitiū actus: quia & ipsum verum, quod est perfectio intellectus, continetur sub vni bo- no, vt quoddam bonum particu- lare. Sed quantum ad determina- tionem actus, q̄ est ex parte obiecti, intellectus mouet volūtatē: quia & ipsum bonum apprehen- ditur secundum quādam specia- lem rationem cemprehensam sub vniuersali ratione veri. & sic patet quod nō est idem mouens & motum, secundum idem.

**A**D SECUNDUM sic proce- ditur. Videtur q̄ voluntas ab appetitu sensitiuo moueri nō possit. Mouens. n. & agens est pra- stātius patiente, vt ¶ Aug. dicit 12. super Gen. ad literam: sed appeti- tus sensitiuus est inferior volun- tate, q̄ est appetitus intellectiuus, sicut sēsus est inferior intellectu. ergo appetitus sensitiuus nō mouet intellectum.

**R**ESPON. Nulla virtus particu- laris potest facere effectum vitem: **S**uper Questionis nonae Articulum secundum. **C**irca corpus secundi articuli eiusdem questionis, dubium oc- currit pro Nouitjs: quia ratio, quare appetitus sensitiuus mouet volūtatē, assignatur ex parte dispositionis subiecti appetentis: Et tamen in calce concluditur, quod appetitus sensitiuus mouet volūtatē ex parte obiecti: quomodo hęc conclusio se- quitur ex illis p̄missis. **A**d hoc dicitur, q̄ conclusio dicta ex p̄missis illis habetur, si sanē litera itelligatur. Dupliciter. n. intelligi pot̄, q̄ dispositio ap- petitus

¶ q. 1. 2. 3.

¶ Tex. 25.

¶ Tex. 25.

D. 754.

¶ Tex. 25.

¶ Tex. 25.

Intra art. 5. cor. 11. & 10. ar. 3. & 77. ar. 1. & 10. cor. 1. & 10. cor. 1. & 6. Lib. 12. e. 11. circa mod. tom. 3.



perius sensitiui mo-  
neat voluntate. Vno  
modo directe. & im-  
mediate, tanquam si  
immutat ipsam si-  
ue quod ad exercitiu  
actus, siue quod ad  
specificacione actus.  
Et hoc est falsum.  
Alio modo occasiona-  
liter, & mediate, &  
hoc modo immutat ex  
parte obiecti. i. quod  
ad specificacionem  
actus, non quod ad  
exercitiu: & hoc fit  
sic. Quemadmodum  
enim frigiditati cor-  
pori conueniens sit ca-  
lescentia eius, & ex  
hoc occasioatur in  
tali hore apprehensio  
caliditatis, vt conue-  
nientis, & presentiu  
voluntati desiderat,  
& c. ita irato appetitu  
conueniens sit vin-  
dicta, & ex hoc oc-  
casioatur, qd intel-  
lectus practicus ap-  
prehendit repercul-  
sione, vt conuenien-  
tem, huic, nunc, & c.  
Et sic percussio appre-  
hensia, vt conue-  
nientis nunc & c. mo-  
ueat voluntate obie-  
cti. Et sic patet,  
qd dispositio appe-  
tens, quous se tenet  
ex parte subiecti, non  
mouet in voluntate,  
nisi ex parte obie-  
cti, quia non mouet  
ipsam, nisi pro qua-  
to reddat in talem  
apprehensio obie-  
cti voluntatis. Ceteru  
enim voluntate ab-  
obiecto apprehensio,  
vt sic, moueri. Vnde  
author in littera du-  
pliciter posuit radicem  
talitatis, vel talis appre-  
hensionis obiecti, al-  
tera ex parte ipsius  
obiecti, puta, qd est  
bonu, vel malu fm  
se: alteram ex parte  
appetentis, vt inque  
em conuenientia, vel  
inconuenientia ori-  
tur, vt in littera dici-  
tur.

sed appetitus sensituius est virtus particularis, consequitur enim particularem sensus apprehensionem: ergo non potest causare motum voluntatis, qui est vniuersalis, vel ut consequens apprehensionem vniuersalem intellectus.

¶ 3. Præter. Vt probatur in 8. \* Philosophic. Mouens non mouetur ab eo, quod mouet, vt sit motio reciproca: sed voluntas mouet appetitum sensituium, in quantum appetitus sensituius obedit rationi: ergo appetitus sensituius non mouet voluntatem.

SED CONTRA est, qd dicitur Iacobi 3. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illeclus: non autem abstraheret quis à concupiscentia, nisi voluntas eius moueretur ab appetitu sensituiuo, in quo appetitu concupiscentia: ergo appetitus sensituius mouet voluntatem.

RESPON. Dicendum, qd sicut \* sup. dictum est, id quod apprehenditur sub ratione boni, & conuenientis, mouet voluntatem per modum obiecti. Quod autem aliquid videatur bonum, & conueniens, ex duobus contingit. scilicet ex conditione eius, quod proponitur, & eius cui proponitur: conueniens enim secundum relationem dicitur, vnde ex utroque extremorum dependet. Et inde est, quod iustus diuersimode dispositus, non eodem modo accipit aliquid, vt conueniens & vt non conueniens. Vnde, vt vt Philosophus dicit in 3. \* Ethicorum. Qualis vnusquisque est, talis finis vbi ei. Manifestum est autem, quod secundum passionem appetitus sensitui immutat homo ad aliquam dispositionem; vnde secundum quod homo est in passione aliqua, vbi sibi aliquid conueniens, quod non vbi ei extra passionem existenti, sicut irato vbi bonum, quod non videtur quieto, & per hunc modum ex parte obiecti, appetitus sensituius mouet voluntatem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet id, quod est simpliciter, & secundum se præstantius, quod ad aliquid esse debilius. Voluntas igitur simpliciter præstantior est, quam appetitus sensituius: sed quod ad istum, in quo passio denominatur, in quantum subiacet passioni, præceminet appetitus sensituius.

AD SECUNDUM dicendum, quod actus, & electiones hominum sunt circa singularia. Vnde ex hoc ipso, quod appetitus sensituius est virtus particularis, habet magnam virtutem ad hoc, quod per ipsum sic disponatur homo, vt ei aliquid videatur sic, vel aliter, circa singularia.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 1. \* Politicorum. Ratio, in qua est voluntas, mouet suo imperio irascibilem, & concupisibilem, non

quidem despotico principatu, sicut mouetur seruus à Domino, sed principatu regali seu politico, sicut liberi homines reguntur à gubernante, qui tamen possunt contra mouere. Vnde & irascibilis, & concupisibilis possunt in contrarium mouere ad voluntatem; & sic nihil prohibet: voluntatem aliquando ab eis moueri.

ARTICVLVS III.

Vtrum voluntas moueat seipsam.

AD TERTIUM sic proceditur. Vt, quod voluntas non moueat seipsam. Omne enim mouens, in quantum huiusmodi, est in actu, quod autem mouetur, est in potentia: nam motus est actus existentis in potentia, in quantum huiusmodi: sed non est idem in potentia, & in actu respectu eiusdem, ergo nihil mouet seipsam: neque ergo voluntas seipsam mouere potest.

¶ 2. Præter. Mobile mouetur ad presentiam mouentis: sed voluntas semper sibi est præsens: si ergo seipsam moueret, semper moueretur: quod patet esse falsum.

¶ 3. Præter. Voluntas mouetur ab intellectu, vt \* dictum est. Si igitur voluntas mouet seipsam, sequitur, quod idem simul moueatur à duobus motoribus immediate, quod videtur inconueniens: non ergo voluntas mouet seipsam.

SED CONTRA est, quia voluntas domina est sui actus, & in ipsa est velle, & non velle: quod non esset, si non haberet in potestate mouere seipsam ad volendum: ergo ipsa mouet seipsam.

RESPON. Dicendum, quod sicut \* sup. dictum est, ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis, qui est voluntatis obiectum: sed, sicut \* dictum est, hoc modo se habet finis in appetibilibus, sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem, quod intellectus per hoc, quod cognoscit principium, reducit seipsum de potentia in actum, quantum ad cognitionem conclusionum: & hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc, quod vult finem, mouet seipsam ad volendum ea, quæ sunt ad finem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod voluntas non secundum idem mouet, & mouetur: vnde nec secundum idem est in actu, & in potentia: sed in quantum actu vult finem, reducit se de potentia in actum, respectu eorum, quæ sunt ad finem, vt scilicet actu ea velit.

AD SECUNDUM dicendum, quod potentia voluntatis semper actu est sibi præsens: sed actus voluntatis, quo vult finem aliquando, non semper est in ipsa voluntate, per hunc autem modum mouet seipsam: vnde non sequitur, quod semper seipsam moueat.

AD TERTIUM dicendum, quod non eodem modo voluntas mouetur ab intellectu, & à seipsa. Sed ab intellectu quidem mouetur secundum rationem obiecti, à seipsa verò, quantum ad exercitium actus, secundum rationem finis.

Prima Secundæ: S. Thomæ. Super

Super Questionis nona. Articulum tertium.

IN titulo articuli tertij eiusdem q. aduerte, quod aliud est quod mouet, & ad id. Et quod mouetur, est in actu, & in potentia: & in actu respectu eiusdem, ergo nihil mouet seipsam: neque ergo voluntas seipsam mouere potest.

¶ 2. Præter. Mobile mouetur ad presentiam mouentis: sed voluntas semper sibi est præsens: si ergo seipsam moueret, semper moueretur: quod patet esse falsum.

¶ 3. Præter. Voluntas mouetur ab intellectu, vt \* dictum est. Si igitur voluntas mouet seipsam, sequitur, quod idem simul moueatur à duobus motoribus immediate, quod videtur inconueniens: non ergo voluntas mouet seipsam.

ver. quæst. 22. ar. 9. cor. & ad 1. Et mal. q. 3. ar. 3. cor. & q. 6. cor. & ad 4. & 10.

\* ar. 1. huius questionis.

\* ar. 1. huius questionis. q. præced. artic. 2.

sc. 49. 10. 2.

arti. præc.

ar. tom. 5.

infra 210.  
cor. fi. & 4  
ar. 3. & 4  
ar. 1. & 2  
cor. q. 14  
o. cor. q. 2  
ar. 9. 44  
& 4.  
ib. 13. 4. 1  
circa med.  
om. 3.

cap. 3. vob. mca. 10. 5.